

Johann Klein von

**Programma Quo Suo, Ac Totius Iuridici Collegii Nomine Ad Inauguralem  
Disputationem ... Joh. Adolph. Krohn. Lubecensis Iuris Utriusque Candidati  
Fulgidissimi, De Probatione, Quae Fit Per Libros Mercatorum. Von Beweiß der  
Schuldt mit Handels Büchern Pro Summis In Utroque Iure Honoribus, Et  
Privilegiis Rite Consequendis, Ad Diem 14. Mensis April. 1698. Habendum ...  
Invitat, Johannes, Klein ...**

Rostochii: Wepplingius, 1698

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746316542>

Druck    Freier  Zugang





Ja-1125

573

26

# PROGRAMMA

QVO

SUO, AC TOTIUS JURIDICI COLLEGII NOMINE

AD

# INAUGURALEM DISPUTATIONEM

VIRI PRÆNOMINIS ATq; DOCTISSIMI,

DN. JOH. ADOLPH. Erohn.

LUBECENSIS

JURIS UTRIUSQUE CANDIDATI FULGIDISSIMI,

DE

# PROBATIONE,

QUÆ FIT

PER LIBROS MERCATORUM.

Bon Beweß der Schuldt

mit Handels Büchern

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS, ET PRI-

VILEGIIS RITE CONSEQUENDIS,

ADDIEM 14. MENSIS APRIL. 1698. HORIS PRO ET POMERIDIANIS

IN AUDITORIO MAJORI

BONO CUM DEO HABENDAM

MAGNIFICUM DN. RECTOREM, UTRIUSq; REIP. NO-

BILISSIMUM ATq; AMPLISSIONUM SENATUM, OMNESq; OMNI-

UM ORDINUM GIVES ACADEMICOS, AC LITERARUM

FAUTORES OFFICIOSE, AC OBSERVANTER INVITAT,

JOHANNES. Klein.

J.U.D. ET PANDECT. IN ALMA PATRIA DUCALIS

PROF. PUBL. CONSISTOR. MECKLENB. h. t. DIRECTOR


HODIEq; PRO DECANUS,

Rostochi Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

I. N. J. C.

N signem ex liberiori, ac freqventio-  
ri COMMERCIORUM exercitiō in  
Civitates redundantem, qui penſi-  
culatius cum JCto Ulpianō in L. 1. §.  
20. ff. De Exc. act. consideraverit utili-  
tatem, haud difficulter largietur Pla-  
toni, summæ prudentiæ, ac autho-  
ritatis Philosopho, in L. 2. ff. De Nun-  
dini, CIVITATEM BENE, BE-  
ATEQVE ABSQVE NEGOTI-

ATORIBUS HABITARI NON POSSE: Qvod enim  
ubera sunt infantī, id Mercatura civitatibus esse noſeitur  
illis, in qvibus favente Mercuriō procedunt commercia,  
qvippe ex qvibus publicæ, privatæque res, optimè aluntur,  
foventur, ornantur, Mev. De Levam inox. debit c. I. n. 9. Mar-  
qvard. De Jur. Mercat. L. 1. c. 2. n. 59, omni inde succō & sanguine  
in Republicæ corpus se diffundente, illudq; vividum  
vegetumq; reddente: Ut mirum hinc nemini videri pos-  
fit, qvod *Commerciorum* potissimum *favore* in Foro Mer-  
catili non semel à communib; juris Civilis fit recessum  
Regulis, multaq; Singularia in Mercatorum negotiis con-  
stanti hodie Praxi reperiantur recepta, qvæ in aliorum cau-  
sis procedunt minimè. Vid. Mev. P. 2. Dec. 206. n. 7. & P. 3. Dec.  
223. n. 10. Gail. 2. tb. 90. Sic, non duntaxat *in genere* inter  
Mercatores, juris apicibus, & subtilitatibus exulantibus,  
id tantum, qvod æquitati, qvodq; bonæ congruit fidei,  
unicè attenditur, Negifantz De Pign. 1. Membr. 8. Part.  
Princip. n. 29. Schurff. Cent. 2. Consil. 42. n. 3. Hartm. Pistor.  
obs. 180. n. 11. Gail. 2. tb. 27. n. 27. Mev. P. 5. Dec. 174. n. 1. illo-  
rumq; causæ, rejectis cunctis, ordinem magè Processus,  
qvām causa merita respicientibus exceptionibus, Aretin.  
in L.



574

in L. s. seruum §. Sequitur ff. De V.O. Scacc. De Commerc. §. 7.  
gloss. s. pr. n. 16. Marqvard d. Tr. L. 3. c. 8. n. 1. Excell. Dn. Ber-  
selin, Fautor noster, debitò obseruantie cultu devenerandus, in  
eleganti Inaugurali De Jur Mercat. singul. Dissertatione. n. 3.  
de simplici, & plano, solâ veritate inspectâ, brevi manu  
expediuntur, Rotæ Genuæ. Decis. 23. n. 14. seq. Bargalius  
De Dolo. L. 5. c. 8. n. 10. Tuschus. Pr. Conclus. Lit. M. Concl. 207. n.  
7. Finkeltau. Obs. 96. n. Zanger. De Except. P. 1. c. n. 60.  
& Maranta P. 4. Dis. 9. n. 48. ignorantia juris positivi Mer-  
catoribus non facile nociturâ, Hartm. Pistor. obs. 80. n. 23.  
Carpzov. Proc. Tit. 6. art. 1. n. 47. seqq. Stracha. De Mercat. Tit.  
Quemadm. proc. in Caus. Mercat. §. Libellus. Sed in specie co[n]uni  
omnium J[uris]torum receptum etiâ est calculô, qvod Moribus  
nostris (1.) Filii, separata[m] negotiationem permittente Patre  
exercentes, eô ipsô hoc effectu censeantur vinculis patriæ  
potestatis soluti, ut non sit locus amplius S[ecundu]s Macedoni-  
ano, nec Pater ex illorum obligetur contractibus, omni  
inde emolumentô filium negotiantem tantum mansurô.  
Heig. ad §. 9. j. Quib. mod. jus. p. p. solv. Mindan. 2. d. Proc.  
62. n. 4. Schult. in Synops. Inst. ad Tit. De Act. Lit. B. (2.) Quod,  
licet minori, in contractibus læso, salutari subveniatur  
restitutionis integrum præsidio, 2. 1. ff. De Minorib. illô ta-  
men non gaudeat Minor in negotiô mercatura læsus Mercator  
approbatu[s], alboque Mercatorum inscriptus. arg. L. 16.  
§. 4. 5. ff. De Minor. L. 1. C. Qui & advers. qu. inibique  
Brunneman. n. 5. Garpan. ad Stat. Mediolan. c. 416. n. 201.  
Stracha. d. Tr. P. 3. n. 26. Mev. ad Jus Lub. L. 3. T. 6. n. 21. n. 26.  
Sfort. Odd. P. 1. De Rest. in integr. q. 23. n. 3. (3.) Qvod,  
qvamvis Uxor Jure Lubecensi sub perpetuâ vivi Mariti  
sit curatelâ, Mev: ad f. Lub. L. 1. T. 10. n. 1. n. 2. cumque  
alius sine ejus consensu contracturâ, validè haud obligetur,  
Jus. Lub. L. 1c T. 10. art. 1. exceptio tamen sit in Fœminâ  
Mercatrice, qvænon duntaxat hoc jure ex contractu sine

X2

Carta

*Curatoris consensu initio, mercaturam, quam hæc exerceat,  
concernente, valide convenitur; Jus Lub. L.3, T.6. n. 13. &  
21. ibid. Mev. Sed pro maritō etiam suō fidem interponens,  
(4.) nec exceptione Scti Vellejani, nec Authenticā Si quā C.  
Ad Scti. Vellej. adjuvatur, L.1. T.5. n. 7. Jur. Lub. ibid. Mev. n. 131.  
Jmō (5) & utra p̄cipiam pro Maritō intercessionem, conflatum  
ab ipso & alienum favore Commerciorum ex suis bonis sol-  
vere condemnanda, liberis ex hoc matrimonio superstitionibus.  
Jus Lub. L.1, T.5. a. ibid. Mev. Quod (6.) inter Mercatores  
non admittantur (a) EXCEPTIO EXCUSSIONIS, seu  
Ordinis Tuschus. Pr. Concl. 208. n. 10. seq. Sebast. Medic. in Tr.  
De Conserv. Poff. n. 312. Menoch. De A. I. Q. Cas. 510. n. 396. Lau-  
terb: in Diff. De Benefic. Excuss: tb. 53. & in Diff. De Jur: in For Merc.  
ib. 326. Herring: Du Fidejuss: P. 1. c. 24. Soaretz: Comm. Opinion: L.  
F. n. 346. Berlich. 2. Part. 1. Concl. 14. n. 46. Coler, De Proc. Exec-  
cut. P. 1. c. 10. n. 393. Hillig. ad Donell. L. 15. c. 24. Lie. N. Myn-  
sing. Cent. 2. th. 15. Mev. ad Jus Lub. L. 3. T. 5. n. 1. n. 9. seqq.  
Carpzov. P. 2. C. 18. D. 7. Maranta. De Except. Oppos. n. 40.  
Stryk. in Diff. De Benefic. Excess: c. 5. n. 18. Caroc. De Excuss:  
Bonor. P. 2. quest. 48. n. 1. & 2. Vide tamen Marquard. De  
Jur. Mercat. L. 2. c. 8. n. 6. (b.) DIVISIONIS. Ludov.  
Roman. Consil. 403. Christin. ad LL. Macblin. T. 4. n. 14. Gu-  
delin. De Jur. Noviss. Lib. 4. c. 7. Rebuff. De Liber. Obligo.  
a. 5. gloss. 9. n. 8. Anton. Perez. ad Tit. C. De Duob. reis. stip. f.  
n. 19. Carpzov. P. 2. C. 17. Def. 12. n. 7. Röfener. De Libr. Mer-  
cat. c. 11. n. 119. Vide tamen Gail. 2. th. 24. n. Acheram. Consil.  
332. Paris. Consil. 93. (c.) NON NUMERATÆ PE-  
CUNIÆ. Coler d. Tr. P. 4. c. 1. n. 109. Zanger. De Excepto  
P. 3. c. 14. n. 54. Wesenbec. Vol. I. Consil. 31. n. 22. Jason. in L.  
Qui pecuniam u. 6. ff. Si cert. pet. Tabor. De Altero Tanti P. 4.  
a. 5. Decker. L. 1. Diff. 6. n. 4. Gronweg. De LL. abrogat. Scaçc.  
De Commerc. §. 7. gloss. 3. Carpzov. P. 1. C. 32. D. 69. & L. 2. Rep. f.  
92. Malqvard. Doß. M. L. 3. c. 8. n. 12. & Hopp. in Us. Mod.  
Inß*

375.

Inst. Ad Tit. De L. Lit. Obl. & (d) RECONVENTIONIS. Petr.  
Toll. ad Robert. Marant. Spec. Aur P. 4. Dist. 9. n. 114. Maro  
qvard: d. Tr. L. 3. c. 8. n. 58. Vide tamen Mev. ad Jus Lub. L.  
§. Tit. 3. n. 5. Hisce addi potest, (7.) Quod in foro Mer-  
catili verba *Commendatitia* vim *Fidejussionis* habere credan-  
tur; Carpz. P. 2. C. 18. D. fin. jus. Lub. L. 3. art. Un. Tit. 10. ibid.  
Mevius. n. 40. Joh. Köppen. Dec. 36. n. 9. Herring. De Fidej.  
P. 1. c. 27. n. 281. Qvodque Taberna Mercatorum, & Aedes Em.  
poriales, vulgo die Spiker/exemptæ sint ab onere hospitan-  
dimilites, von Einquartirung L. 2. C. De Metat. Tabor Tr. De  
Metat P. 2. c. 5. 1b. 6. Et (9) Pecunia ad reficiendam, aut fabri-  
candam navim credita, post Fidei sum gaudeat prælationis privi-  
legiō. Vid. līlustr. Dn. Beselin. in supr. Laudat à Diff. tb. 26. ibid.  
all. iura. Ipsisqve (10.) liceat Mercatoribus ex morā pe-  
tere interesse lucri cessantis. Rota Gennens. Dec. 89. n. 1. Me-  
vius P. 8. Dec. 263. n. 3. Scaccia. De Commerci. P. 1. q. 7. n.  
226. & P. 2. Ampliat. 8. Franc. Burlat. Cons. 103. n. 11. & Cons. 68. n.  
23. Qvod præcipue (10) Circa PROCESSUM non duntaxat  
summarie & executive procedatur, Frideric: Mindan : De  
Mandat: 2. c. 70. n. 2. Gail. De Arrest: Imper: c. 9. n. 18. caussâ Mer-  
catorum quantocius, & paucos inter dies sopiendâ, Vid. R. I.  
Noviss. §. alii auch. led admisso qualicunq; libellô, etiam ale-  
gernativô, & generali, Ddres in L. 29. §. 4. L. 48. ff. Mand. Carpz.  
P. 1. C. 2. D. 10. Hartm. Pistor. obser. 180. n. 23. Strach. d. Track.  
Tit. Quemad. in caus. Mercat. §. De Libell. n. 7. Lauterbach.  
ad Tit. ff. De Edend. omisseq; solenni. Litis contestatione, Bar-  
tol. ad L. 29 §. 4. ff. Mandat. & rejectis ex communi Ddrum  
sententiâ Exceptionibus Procuratoriis, Decius. ad L. Fœ-  
mine. ff. De R. I. jason. in L. Alienum. €. De. Procurator. Baldus  
in L. S. pro ea. 10. C. Mandat. n. 14. Ayrer. P. 1. Proc. Histor. c. 5. obf.  
s. n. 46. seq. in specie in PROBATIONIS articulô, admit-  
tantur *Unicus* ex plurimerum opinione Testis, Rota Gen.  
Dec. 171. n. 4. Mev. ad J. Lub. L. 3. T. 6. n. 21. n. 3. Marquard. se-  
  
X. 8. pius

pius all. Tract. L. 3. C. 9. n. 8. Rosen. De Liber. Mercat. c. II. n. 126.  
Strachâ. De Nodigat. n. 9. Tr. Niger. Cent. 526. Langermann. in  
Diff. De curia. Mercat. ib. 321. & Dn. Bardili. in Diff. Unicus Te-  
sis. Nullus Testis. §. 36. & irregulares probationes. Zafius.  
Consil. 15. n. 51. interque illas, & hæc, qvæ sit per LIBROS  
MERCATORIOS, ratione crediti, ipsis inscripti, Mer-  
catura n concernentis, etiam PRO IPSO SCRIBENTE.  
Vid Herring. De Fidejuss. c. 10. §. 1. n. 17. Excell. Stryk. in Diff.  
De Semiplen. Probat. De que eadem materia illustr. Lin-  
cker. Diff. ib. 4. c. 2. Carpzov. L. 3. Rep. 58. n. 5. Cravetta. in  
Tr. De Antiq' Tempor. P. 1. §. 4. n. 24. Gail. 2. Ob. 20. n. 2. Rutg.  
Ruland. De Commiss. p. 2. tit. 2. Lib. 5. c. 13. n. 9. Felin. c. 2. n. 21.  
X. De Gid. Instr. Gilhaul. in Arbor. Judic. P. 2. c. 6. §. 2. 4. 50.  
Aliq. Dd. passim. Ut, quamquam ceteroquin privata scriptura  
& annotatio proscribente regulariter omni in judicio pro-  
bandi careat virtute, L. C. s. & 6. De Probat. Mascard. De Pro-  
bat. Vol. 2. Concl. 975. Felin. d. 1. & inc. Cum caffam. 13. X. De  
Probat. Gail. 2. ib. 20. n. 1. Carpz. d. 1. n. 2. sub alleg. In Foro tamen  
Mercatili Liber Mercatorius ritè qualificatus, semiplenam  
eidem ab inculpatæ vitæ Mercatore inscriptorum. Judici  
faciat, etiam proscribente, fidem. per Ddres proxime allega-  
tos. Quem à jure Communi exorbitantem, in Foro tamen op-  
pido utilem, scituq; necessarium articulū, cum in DISSE-  
TATIONE INAUGURALI sub incudem revocatū, ple-  
nius, ac copiosius notabili industriâ exposuerit Præ-Nobilis  
ac Doctiss. DN: JOHANNES, ADOLPHUS, Krohn/J: U.  
Candidatus Dignissim, missò omni ulteriori Præfamine, ad  
palmarium præsentis Scriptionis Caput propi⁹ accedo, Na-  
tales, Mores, Studia, Vitamq; Præ-Nobilis, Dn. Candidati,  
laudabiliter apud nos actam, ex consuetudine in omnibus  
Academiiis receptā, paucis adhuc delineaturus. Lucem ve-  
rò HIC vitalem primū m̄ adspexit in Urbe liberâ Imperia-  
li LUBECA, fœundissimaq; illâ bonarum mentium Ma-  
tre, testeq; Crantzio in Wandalia. Lib. 1. c. 1. totius Wandalia  
Capi-

Capite, ac Coronâ Celeberrimâ, Satus Anno supra Mille-  
 simum Sexcentesimum Septuagesimô quartô, nonô No-  
 vembris die, Patre, Virô Eximiô, Spectatissimô, ac Jntegerri-  
 mô, DN. Hans Krohn, Cive, ac Mercatore Lubecensi Pri-  
 mariô, Matre verò CATHARINA Hartmanns, Matronâ  
 Sexus sui Virtutum laudibus nemini secundâ. Qvi Optimi  
 Parentes hunc Filium suum Primigenium, sacrô baptis-  
 tatis fonte tinctum, Deoq; oblatum, fidelissimis Præcepto-  
 ribus privatis æq;, ac publicis, pietatis ac Literarum rudi-  
 mentis ab ineunte ætate imbuendum, formandumq; ve  
 commiserunt, qvorum omnium, in primis verô, Viri Præ-  
 Nobilissimi ac Clarissimi DN. M. ENOCHI SVANTE-  
 NIJ, Rectoris Gymnasi Lubecensis Celeberrimi, Fautoris,  
 ac Amici nostri æstumatissimi, operâ ac industriâ adjutus,  
 propriôq; motu, & naturali in meliores literas inclinatione  
 excitatus, indefessô labore, eos in Literis humanioribus fe-  
 cit progressus, ut habitâ Oratione Valedictoriâ Anno 1693.  
 dignus omnium haberetur suffragiis, qvi ad Academiam  
 hanc Rostochianam, velut ad uberiorem studiorum, &  
 bonarum artium Officinam alegaretur. Hic verò meò  
 usus Holpitiò, ac in utroq; Jure per integrum triennium ma-  
 nuductione, tam felici Universi Juris stadium emensus est  
 successu, ut jam illò, qvô Genitoris consilio Lipsiam abire  
 iussus est tempore, apud animum, me suo safore, constitue-  
 rit suum, Amplissimæ FCti nostræ inter Candidatos no-  
 men suum profiteri, solò ætatis defectu deterritus. Non diu  
 autem Lipsiæ commoratus, cum febri malignâ cœpit con-  
 flictari, qvâ viribus sensibiliter exhaustis, speq; ferè recon-  
 valescendi abjectâ, in Patriam revocatus est à Parentibus  
 Lectissimis, inibiq;. Viri Præ Nobiliss. atq; Experientissimi,  
 D. HANCKENIJ, Physici Lubecensis Celeberrimi, Fau-  
 toris nostri Honoratissimi operâ fidelissimâ brevilevatus  
 morbô, pristinæq; restitutus sanitati, id doluit maximoper  
 qvodè

quod ad pedes Excellentissimi Frankensteinij, quem in Jure Publico, ac Historia sibi potissimum inibi Doctorem elegerat, diutius sedere morbi vi ingravescente fuerit impeditus; Neque tamen Parentes, quem Lipsiam remeare nolebant, morbo feliciter superato, domi diu retinere potuerunt; Sed inglorium ratus Noster, circa Parentum hærere focū, ad primam studiorum suorum Nutriculam, Academiam hanc nostram rediit, jurumq; privatā institutā repetitio-  
ne, & studiorum suorum, optimè adornatorum, profectibus, DE JNOXIA MULIERUM JURIS JGNO-  
RANTIA, eleganti operā, ac propriō Marte conscriptā,  
& masculine non sine omnium applausu, me Præside, de-  
fensā, publicèq; habitā Dissertatione, cunctis probatis, no-  
men mihi, tunc temporis Decano suum, eā, quā est, de-  
dit modestiā, seqve ad examen rigorosius admitti, huma-  
nissimè rogavit. In quōtalem se exhibuit, ut omnium  
Excellentissimorum Amplissimæ FGtis nostræ Dominorum  
Assessorum calculo ipsi pro Summis in Utroqve Jure  
Honoribus, ac Privilegiis rite indipiscendis Inauguralem  
conscripti D spitationem facultas benivolè impertire-  
tur. Qvam cùm DE PROBATIONE, QVÆ FIT  
PER LIBROS MERCATORUM, conscriptam.  
Die 14. currentis Mensis Bonū cum Deo habendam, publi-  
co expositurus sit examini, Magnificum Academiæ no-  
stræ Rectorem, ac utriusque Recip. Proceres Excellen-  
tissimos, Omnesque Jurisperudentiæ Fautores, ac Culto-  
res, ut seqvestris gravioribus negotiis suis, actui huic  
Inaugurali Magnifica ac Honorificâ suâ præsentia splen-  
dorem commodare haud graventur, est quod  
eo, quod fas est, cultu, studiō, ac  
affetu contendō.

Sub. Sigillo Decanat. Anno. 1698. 9. April,










IN SOCIET. GENT. & SOCIET. ARB.  
infratio concessa, qvamvis dissent, Merckelbae  
l. conf. 13. n. 61. & inibi all.

§. 9.

Annumerari qvoque potest in Germania  
riis publicis VII. Societas Clientelaris, qvæ inter P.  
intercedit, & in Imperio admodum freqvēns est.  
Dn. Becman. in pol. par. c. 11. §. 4. Sicut autem hīc P.  
omnia illa iura concedenda sunt, sine quibus  
auxilio adjuvare non potest, qvō etiam jus mihi  
qvando jus aperturæ pertinet; Dn. Stryk. de j.  
c. l. n. 125. sqq. Dn. Fritsch. in Tr. de iure  
seqq. Ita impunis est Clientum erga Protectorem  
si vel cœiam qvo ad hæc iura pæcto sibi prop̄p̄xerint,  
sales inter Protectorem & Clientes usitatæ, vid. i  
vers. c. 7. vel justiam non parendi causam habeant,  
in se imperium qyārere metuant, aut illius mil  
oso veniant, ubi jus aperturæ licitè denegabunt. v.  
jut c. 2. §. 18. Multo magis autem impunè inobe  
tector sub protectionis prætextu Superioritatem si  
tes tribuere, &c. e.g. actus jurisdictionis exercere,  
10. Qu. z. vel Clientes, Cubi tamen casum summum  
Dn. Wildvog. in Diff. De protec. censu c. fin. n. 10. co  
vol. conf. 12. n. 31. Dn. Lyncker. Decatastris c. 3 §.  
& adhærentes non fiant subditi, Klock. conf. 37. n.  
dus Protectorum jus superioritatis inferat,  
Reichs vogtien p. 417. & 489. & ibi. all. Mag. dea  
& c. 3. n. 402. Böcler. in not. S.R. J.L. 16. c. 3. §. 3. & C.  
qvidem plenariis subditis & qviparentur, in oneri  
minationem non teneantur, Dn. Stryk. all. l. n. 124.  
tibus invito Protectore Jus Protectionis excutere lie  
dum videtur, si pro Protectione certus census  
cum jus Protectori semel ex contractu qvæsitur  
nequeat: Se uero, si gratuia sit protectio, ubi  
renunciare utiqve poterunt, cum Protectoris ho  
vid. omn. Mantz. Dec. Pal. Qu. 18. n. 5. & 34.

18



937

137  
s. Vol.

bitra  
lientes  
apud  
entes  
eri &  
& ali  
terr  
n. 17.  
entia,  
Rever  
r. Re  
torem  
tagi  
as. ad  
i Pro  
Clien  
efenb  
xipit  
Clock  
derati  
ctœ  
on dem  
n. 439.  
modis  
decer  
Clien  
egano  
tetur,  
uferr  
avori  
ersit,

§. 10.